



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und  
Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten**

**Calino, Cesare**

**Augspurg ; Graez, 1744**

**VD18 80280064**

In Festo Exaltationis S. Crucis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49389](#)

## 4.

*In transmigratione Babylonis. Matth. 1.*

Sicut flagellis gravissimis Deus affixit Hebræos, peste, fame, siccitate, captivitate &c. ita nos affligere potest in poenam peccatorum. Neque cessabit unquam nos flagellare, si non cessaverimus peccare. Maria nobis impetrat veram conversionem, ut Deus auferat afflictionem. *Mense IV. Disc. 112. pag. 384. è num. 8. ad finem.*

## IN FESTO EXALTATIONIS S. CRUCIS.

## I.

*Oportet exaltari filium hominis. Joan. 12.*

Colit hodie Ecclesia Sanctæ Crucis exaltationem, & per eam nobis inculcat exaltationem Christi per crucem, quam oportuit illum pati, & ita intrare in gloriam suam. Non alia nobis est ad cælum via, nisi per crucifixionem sensuum nostrorum ac omnium deliciarum: non decet sub spinoso capite membrum esse delicatum. Pessimè seipso fallunt, qui Christianos se profitentur & delicate vivunt; vita enim deliciosa repugnat exemplo Christi, doctrinæ Christi, ac spei Christianæ. *Mense VIII. Disc. 241. pag. 468.*

q 5

2.

2.

*Princeps mundi hujus ejicitur foras.* Jo-  
ann. 12.

Dixit hæc verba Christus in solatium discipulorum, significans, omnem potestatem, quæ doctrinæ suæ ac discipulorum prædicationi esset obstatura, tandem interituram. Si jam Apostoli propter impiorum potentiam ac felicitatem Ecclesiæ nocivam contristati sunt, non peccaverunt, quia impeditam ac retardatam Fidei propagationem ægrè ex justissimo zelo se-rebant. Ex hoc tamen exemplo non statim nobis, qui alia vivimus tempora, aliisque longè moribus utimur, eadem tristandi licentia est, dum homines malos esse felices videmus; sed potius refrænanda est talis tristitia, tanquam periculosa; nam 1. fortè felicitate indignum judicamus, qui dignus est: 2. fortè indignamur imprudenter & sine discretione. Mense VI. Disc. 180. pag. 490. ad num. 8.

3.

*Princeps mundi hujus ejicietur foras.* Jo-  
ann. 12.

Diabolum à Christo in cruce superatum, extintas tyrannides, oppressas hæreses Principum sæpe favore sustentatas, gaudii nobis justam materiam præbent, sicut justam tristandi materiam præbuit felicitas ac potentia tyrannorum. Justè & nos quandoque propter malo-

CONCIONATORIUS. 251

malorum hominum felicitatēm tristari posse-  
mus, si hæc tristitia ex zelo bono semper pro-  
ficiseretur. Verūm prudentiūs eam modera-  
bimur, ne in animæ periculum conjiciamur;   
non enim semper ex puro, vero, bonoque ze-  
lo malis indignamur, ideoque propterea à Deo  
puniri justissimè possumus. *Mense VI. Disc.*  
*180. pag. 503. à num. 8. ad finem.*

4.

*Nunc judicium est mundi, nunc princeps  
hujus mundi ejicietur foras. Joan. 12.*

Crux Christi, quæ aliquando apparet in cælis, cùm Dominus ad judicandum vene-  
rit, virga erit judiciaria, ad terrorem maxi-  
mè eorum, qui cùm judges hominum fuerint  
constituti ad administrandam justitiam, pote-  
state suâ contra justitiam abutuntur ad aliorum  
exspolationem, & oppressionem. *Mense IX.*  
*Disc. 273. pag. 470.*

IN FESTO  
S. MATTHÆI APOST. EVANG.

I.

*Et surgens secutus est eum. Matib. 9.*

Sunt homines, qui vel parentum exemplo,  
vel